QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 149r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

est pulcher: Et quidem amant non fedos et deformes. Non ido tamen ut
fedos dimitteret si ut mutaret ut ex deformis pulchros faceret. Quo
modo pulchri erunt amando eum qui semper est pulcher. Quantum unte cresceit
amor tantum crescit pulchritudo. Et ipsa caritas est animi pulchritu
do. Nos diligamus et ipse prior dilexit nos. dicit apostolus paulus. Osten
dit autem dilectionem suam in nobis cum adhuc cum peccatores essemus. secundum
nos mortuus est. iustus pro iniustis. pulcher pro fedis. Quomodo inuenimus
pulchrum ihm. Speciosus forma prae filiis hominum. diffusa est gratia in labiis
tuis. Vnde ite uidete. unde sit pulcher. Speciosus forma prae filiis hominum. quia
dis in principio erat uerbum et uerbum erat apud dm. et dis erat uerbum. Quia
uero carnem suscepit. quasi feditatem tuam suscepit. idem mortalitatem tuam. ut
aptaret se tibi. et excitaret te ad amandam iam pulchritudinem. Vnde quo
inuenimus. et fedus et deformis ihc. sicut inuenimus et pulcher et speciosus
forma prae filiis hominum. Ecce inuenimus et deformis. Esayam interroga. Et
uidimus eum. et non habebat speciem neque decorem. Ille si duae thibiae. quasi duae
se sonantes. si unus spiritus ambas inflat. Hec dicit speciosus forma prae filiis ho
minum. hec dicit in esaya. Vidimus eum et non habebat speciem neque decorem. Vno
spiritu implent ambae thybiae non dissonant. Noli aures auertere. adhibe
intellectum. Interrogemus paulum apostolum. et exponit nobis consonantia duarum
thybiarum. Sonet nobis speciosus forma prae filiis hominum. quia cum in forma di
cit. non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Ecce speciosus forma prae filiis ho
minum. Sonat nobis aliam. uidimus eum. et non habebat speciem neque decorem. semet
ipsum exinanuit formam serui accipiens. in similitudinem hominum factus.
et habitu inuentus ut homo. Non habebat spiem neque decorem. ut tibi
daret spem et decorem. Quem decorem. Dilectionem caritatis. ut ames. cur
ras. Curris. amas. pulcher es iam. Sed noli te adtendere ne putas quod acce
pisti. illum adtende a quo factus es pulcher. Ido pulcher ut ille te amet. tu
autem tota intentione tua unum dirige. ad illum curre. amplexus pete.
ab illo time discedere. ut sic unte timor castus permanens usque in seculum. Nos
diligamus. et ipse dilexit nos. Siquis dixerit diligo dm. Quem dm. Quare
diligam. Quia ipse prior dilexit nos. et donauit nobis diligere. Dilexit